




RECUEIL
DE
VERS

DE L'ONN
E

DE L'ONN
E

DE L'ONN
E

DE L'ONN
E





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU

Cote


U 65 in-4

1153320433



H. F. u. 65.

~~D. X. 58.~~



N. II. 55 pièces

titre

Recueil

de

vers

de l'Université

E

à relier en veau

Table générale des pièces contenues Dans ce Volume

1. Du Boulay (P.E.) Illustriss. archiepiscopo Paris. restitutam in integrum salutem gratulatur.
2. Cathedra Roennex ab Jo. Roenno, Rotomagensi, nuper Lutetiae fundata, ed uno in collegio sodalitiq; Sorbonae locata ad Splendidiss. Pic. Viridum.
3. Lenglet (de) Regiae musae Sereniss. Delphino Xenium.
4. Lignières (de) De triumphali regis ed reginae ingressu in Urbem Oratio panegyrica.
5. Sonnet à l'occasion du Panegyrique du Roy, prononcé par le recteur de l'Université de Paris, sur les rimes proposées par l'Académie de Choloze.
6. Lenglet (de) Illustriss. Ludovico Phelypeaux de Pontchartrain Carmen.
7. is Magistri Antonii Baingues Bellovacii academici Parisiensis Apotheosis.
8. is In librum Joannis Quintinii De Cultu hortorum ex Gallico C. Perrault.
9. Illustriss. Viro Joan. Bapt. Colbert Schola Harcuriana Suplex.
10. Brodeau (J.S.) Ad Illustr. abbatem Lud. Claudium De la Chastre, cum Theses philosophicas propugnaret. Ode.
11. Herson. M. A. Sereniss. principi F. A. abbati a Lotharingia theses philosophicas defendenti Carmen.
12. Fleury (J.) ad Illustriss. abbatem h. C. Du Cambout de Coislin theses philosophicas pro laurea artium in Regia Navarra defendentem 1682. Ode.
13. Dufour (G.) Illustriss. viro M. Le Cellier cum nobiliss. ejus ex filia nepos L. d'Aumond de Villeguier Theses philosophicas propugnaret in collegio Harcuriano. Ode.
14. Huillard (J.) Luxemburgica ed ultima expeditio
15. Cornbard (A.L.) Lessus in Obitum M. Le Cellier.
16. Rollin (C.) ad Illustriss. Virum F. M. Le Cellier Marchionem de Louvois cum ejus filius Camillus de Louvois, de Theocrito responderet Carmen.
- 16^{bis} Bosquillon Imitation des français de la pièce ci-dessus.
17. Lengletius Ad Musam; cum J. Juvenius ad gratulandum ecclesiae Parisiensi de pastore novo eleganti carmine invitaret. Ode.
18. Lenglet (de) Regi anglorum Jacobo Carmen.
19. Matthieu L. Magnanimo heroi Luxemburgensi duci, novam expeditionem Belgicam meditante Victoriae Vaticinium.
20. Rollin (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois cum Theses philosophicas tueretur.
- 20 Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la Theses qu'il dédie au Roy. Imitation des Vers latins de M. Rollin. Carmen.

21. Rollin. (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois, in tabulam ab eo regi dedicatam,
cum theses philosophicas tueretur. Carmen.
- 21^{bis} Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la thèse ~~qui~~ dédiée au Roy, Imitation des Vers latins
de m. Rollin
22. Mourain (H.) Ludovico Magno, cum ei post expugnatum Namurcum illustriss. abbas C.
Le Cellier de Louvois, theses philosophicas dedicaret. Ode.
23. de Bailly. (L.) Illustriss. henrico Feydeau de Bron, carmen panegyricum.
24. Couvilllard de Laval. (J.) Musae Marchionae Doctiss. et clariss. D. Joan. Couture hendecasyllabi.
25. H. L. In Ludovici magni orationem panegyricam quam dicebat Alexius Artus. Carmen.
26. Ogierdais (Dom Jer.) Traduction d'un poëme latin fait à la gloire d'Armand Gaston abbé de Rohan
de Loubisse à l'occasion du panegyrique de Louis le Grand par Firot.
27. us En second exemplaire.
28. Lenglet (de) Montes expugnati.
29. Firot. Clarissimo Viro Jacobo Leullier Carmen.
30. Firot Ornatisimo Claudio Leullier carmen.
31. us Doctissimo et ornatisimo Viro C. Rollin carmen.
32. C. F. S. Clarissimo Viro D. J. Couvilllard phalencus.
33. Firot. Clarissimo Viro D. D. Salomoni Trioux. Carmen.
34. Ecclesia parisiensis catulaunensem ecclesiam solatur de adempto praesule
querentem. Elegia.
35. Ad illustriss. L. A. de Noailles. Ode.
36. Symbolum heroicum.
37. Catulaunensis ecclesiae querelae post evectum ad sedem parisiensem illustriss.
L. Ant. de Noailles. Elegia.
38. Pestel (C.) Saeculi ultimi prosopopoeia.
39. us La description du dernier siècle.
40. us Jacobo Secundo Magnae Britanniae regi Mausoleum.
41. id Ekreni.
42. us In obitum sereniss. Philippi Borbonii aurelianensium ducis epigramma.
43. us Ad sereniss. principem D. Franciscum Rakotzy Dynastem Daciae, Carmen.
44. us D. O. M. Rhythmus.
45. us Ad nobilem et eruditum abbatem Petrum de Berulle cum publicas ac
universa philosophia theses propugnaret in Cardinalitio, Ode.
46. us In Statuam regiam equestrem epigraphae.
47. us Ad Rectorem. Ode.

48. L. R. E. D. Orangius dictis, factisque Cassus. Ee gallico Seraphini Regnieris.
 49. Reverendiss. Car. Franc. Maurino. Ode.
 50. In Miserum grammaticum cui efflagitanti sua divina opera erudita, tersa, polita, aurea dederat D. D. Nicolaus Boileau Despreaux. Variorum epigrammata.
 51. In reditum Philippi V ad Hispanias. Ode.
 52. Pestel. (P.) ad Illustriiss. Virum D. Nicolaum Desmaretz cum nobiliss. abbas Petrus Desmaretz ejus filius theses philosophicas palam propugnaret. Carmen
 53. us ad Illustriiss. Virum D. Nicolaum Desmaretz, cum nobilis et eruditus abbas Petrus Desmaretz ejus filius publicas de universa philosophia theses propugnaret in Cardinalio. Dialogus philosophia, Rhetorica Trama.
 54. us
 55. us Triumphus astreae, seu mariae Adelaidis augustae pacificae in Galliam adventus. Ecloga.





RHYTHMUS.

POSTQUAM altum filuit Gallia,
Tandem Gallus experrectus classicum cecinit.
Ad Galli cantum stupuit hominum pecudumque genus:
Alpes & Hercinia tremere,
Rhenus & Padus minores voluere vortices,
Bruxellæ rursus Hannibalem ad portas credere.
Quid ni stantem timeant, qui etiam labantem?
Dudum mole suâ laborabat Regni amplitudo,
Tum quoque formidanda, cum dubia:
Nunc ponderibus librata suis Respublica stat;
Et Victoria redux agnoscit suos,
Qualis Harcurium antea Bervikiumque novit.
Nempè fuit gloria gentis intermissa tantum non amissa.
Etiam in arduis Regia virtus emicuit;
Solis instar, qui in nebulis idem.
Latè florent Lilia
Turbine bellorum jactata quidem, non abjecta.
Ludovicus
Ubique Magnus, jam seipso major,

Arcum remiserat, ut fortiùs sagittaret;
 Indulserat hostibus, ut haberet quos vincat;
 Quis enim vincendi modus, si omnes exerat vires?
 Dum cessaret Heros, acuebat arma:
 Dum taceret, loquebatur victorias.
 Sic sub hydræ exuviis quiescens Alcides reparat clavam;
 Sic sub lauris Mars dormiens prælia somniat.
 Post longum ancepsque otium,
 Vidit adulta æstas dignam Cæsare expeditionem:
 Vidit intempestus Autumnus quæ multis æstatibus sufficiant;
 Castra munitissima raptim occupata,
 Vi captas urbes, aut obsidione liberatas,
 Direptam cum tormentis bellicis annonam.
 Plumbo juxtà & ferro sterni omnia cerneret,
 Hos undâ illos igne absumi,
 Cæteros deditione aut fugâ salutem quærere.
 Urbis inter & aulæ plausus,
 Templis appensa sunt hostium lacera signa;
 Deplumes alites, squallidæ lauri.
 Ne quid deesset ad triumphi pompam;
 Captiva hominum ducta sunt duodecim millia.
 Tum demum fidem suam liberavit hostis:
 Galliam penetrarunt fœderatæ legiones,
 Victæ scilicet & victæ:

Et quas Superbia Gallis nexuerat catenas,

Ipſa ſubit.

Jam Franciæ itinerarium Bellona deſcripſerat :

Jam Heinſius ex conclavi Provincias ſociis dividebar ;

Sueſſiones ſibi vindicabat Eugenius :

Groveſtenius Rhemos iterum dabat in prædam ;

Albermarlus vix parcebat Pariſiis :

Omnes antè tubam triumphabant.

Carolus

ANNA auſpice bellator olim , jam ſpectator

Scenæ converſionem videt procul & invidet :

Et qui ſpe devorabat Hiſpanias , id eſt rerum univerſitatem ;

Intra præſcriptum patriis equitat campis.

Philippus

Jure ſuo Rex , ſuoque Marte victor

Animos præſtat avitæ laudis non degeneres.

In præcordiis Civium tanquam ex arce imperat

Tela omnia contra ,

Orbemque ſic regit ut pater familiam.

Interea

Delphino ſuos deſuper præbente Divos ,

Per victoriam panditur ad pacem via.

Heroas ad utrumque promptos Gallia fert

VILLARTIUM & UXELLIUM ,

Fulmina belli , pacis lumina.

Hactenus armis, mox officiis certabitur.
 Ecce Martium æstatis ardorem hyberna temperant:
 Ex insidiis itur ad inducias;
 Et quod nequeat vis consilii expers, sapientia perficiet.
 Jam Pardus cum Gallo accubat;
 Jam Aquila & Leo ferociam ponunt,
 Pulsæ oppidis Ranae ad paludes migrant;
 Et qui gladio gaudebant, clypeo recumbunt.
 Dexterâ Domini fecit virtutem;
 Quod exercituum Deo victores trophæum vovent;
 Prudentia invenit, Fortitudo fecit,
 Pietas posuit.



PETRUS PESTEL, Rhetor in Cardinalis.

Lutetiz, apud JACOBUM QUILLAV, Typographum Juratum Universit.
 anno MDCCXII. Cum permisso.

Ch. Le Quec De St. Louis